The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio am
cum fonte primo

Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim quod carnem induit, sapienter quod culpam uitauit, fortiter quod mortem sustinuit.

Dilexit autem dulciter, sapienter, fortiter. Dulce nempe dixerim, quod carnem induit; cautum, quod culpam cavit; forte, quod mortem sustinuit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 20, 3 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.115, ll.19-21).

Sed
super omnia reddit
te michi amabilem, bone Ihesu, calix quem bibisti, opus nostre redemptionis. Hoc enim omnino amorem nostrum sibi uendicat. Hoc, inquam, nostram deuotionem blandius allicit, iustius exigit, arcius stringit et uehemencius afficit.

Bernardus super Cantica sermone XX.

Super omnia, inquam, reddit amabilem te mihi, Iesu bone, calix quem bibisti, opus nostrae redemptionis. Hoc omnino amorem nostrum facile vindicat totum sibi. Hoc, inquam, est quod nostram devotionem et blandius allicit, et iustius exigit, et arctius stringit, et afficit vehementius.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 20, 2 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.115, ll.3-7).